

EPISTULA LEONINA

LXIII

PERIODICUM LATINĒ SCRIPTUM,
 QUOD ĒDITUR
 E DOMO EDITORIĀ INTERRETIALI
 CUI NOMEN EST
LEO LATINUS



<http://www.leolatinus.com/>

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS **GRATIS** ET **SINE ULLĀ OBLIGATIONE**. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.

HŌC TEMPORE DUO FERĒ MILIA HOMINUM LATINĒ DOCTORUM ACCIPIUNT EPISTULAS LEONINAS ELECTRONICĒ MISSAS. EPISTULAS LEONINAS I-LXII INVENIES IN INTERRETI SUB HAC INSCRIPTIONE, QUAE SEQUITUR:

Index of Leonina <http://ephemeris.alcuinus.net/leonina/>

MAXIMĒ ID CURAMUS, UT COPIAM VERBORUM LATINORUM CONVENIENTER AUGEAMUS ET TEXTŪS MODERNOS CUIUSVIS ARGUMENTI QUAM OPTIMĒ IN LATINUM SERMONEM CONVERTAMUS.

ROGATUR, UT MANUSCRIPTA MITTANTUR VIĀ ELECTRONICĀ. MENDA SIVE GRAMMATICA SIVE METRICA, QUOAD FIERI POTEST, TACITĒ TOLLUNTUR.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM
SEXAGESIMAM SECUNDAM (63) !

LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINITATEM AMANTIBUS

SAL.PLUR.DIC. S.V.B.E.E.V.

Cara Lectrix, Care Lector,

valdê gaudeo, quod mihi licet Tibi offerre Epistulam Leoninam sexagesimam tertiam.

Hac in Epistulâ Leoninâ invenies fabellam a fratribus Iacobo atque Vellelmo Grimm theodiscê scriptam et a me in Latinum conversam. Quae fabella inscribitur "De sponso raptore" (originaliter: "Der Räuberbräutigam").

Praeter hanc fabellam huic epistulae insertus est index prolixus terminorum technicorum horticulturae. Oportet tales indices nobis Latinitatem vivam colentibus semper cordi sint. Nam scilicet – ut ait Cicero - imponenda nova novis rebus nomina esse.

Utinam quam plurimê placeat tibi lectio huius Epistulae Leoninae sexagesimae tertiae.

Pancraticê vale et perge mihi favere!

Medullitus Te salutat

**Nicolaus Groß
LEO LATINUS**



<http://www.leolatinus.com/>

LEO LATINUS

Senden ex oppidulo Bavariae Suebicae, d. Solis, 3. m. Nov., a. 2013



IN VINO VERITAS

ALCAEUS LESBIUS

630-580 a.Chr.n.

ALCAEUS frg.57 οἶνος [...] καὶ ἀλάθεια.

In vino veritas cfr PLINIUS, Naturalis Historia XIV, 50, 141 ...volgoque veritas iam attributa vino est.

FABELLA GRIMMIANA

DE SPONSO RAPTORE



Ecce imago ad fabellam *Sponsi Raptoris* spectans: Haec invenitur in versione huius fabellae Grimmianae Anglicâ, quae a *Lucy Crane* est confecta et a *Walter Crane* imaginibus illustrata. Haec versio a.1886 est edita in Aedibus, quae appellantur *Macmillan and Company*.

Aliquando fuit molitor, cui fuit pulchra filia; quae cum adolevisset, pater exoptavit, ut illa curaretur et in matrimonium bene duceretur, et cogitavit: »Si qui venerit petitor nuptiarum probus illamque petiverit, ei filiam dabo«. Paulo post vênit petitor, qui visus est praedives esse; molitor cum in illo nihil inveniret, quod reprobaret, illi filiam pollicitus est. Puella autem non tam vehementer illum amavit quam oportet sponsa amet sponsum suum, non confisa est illi, et quotiescumque illum aspiciebat aut de illo cogitabat, formidabat puella intimo ex animo.

Aliquando sponsus ad puellam dixit: »Tu quamvis sis sponsa mea, me ne visitas quidem«. – Puella respondit: »Nescio ubi sit domus tua«. – Tum sponsus: »Domus mea» inquit «foris est in silvâ opacâ». Puella autem excusare studens dixit se non invenire, qua viâ illuc iret. Sponsus: »Proximo die Dominico« inquit »oportet foras ad me venias, convivas iam invitavi, et ut viam per silvam ferentem invenias, eam tibi cinere inspergam«. Die Dominico veniente puella profectura magno timore correpta est, ipsa non ita bene sciens, qua de causâ; ambos sacculos vestis suae implevit pisis lentibusque. In silvâ invênit cinerem viae inspersum, quo sibi via monstraretur; in eâ pergebat ire, sed omnem gradum faciens in partem sinistram dextramque nonnulla pisa humum proiecit. Nunc per totum ferê diem iit, usque dum veniret ad domum, quae sita erat mediâ in silvâ opacissimâ.



Anus in hypogeo loquitur cum puellâ. Imago ab *Arthur Rackham* picta. Quae invenitur in versione Anglicâ, quae appellatur "*Grimm's Fairy Tales*".

Domus puellae non placuit, nam aspectu erat funesto ac formiduloso. Puella intravit, sed nemo inerat, omnia erant quieta. Subito vocem audivit:

»*Abi, abi, tu, iuvenis sponsa,
nam versaris in domo homicidarum.*«

Puella conversa animadvertit vocem editam esse ab ave, quae in caveâ sedebat e pariete suspensâ, et quae iterum clamavit.

»*Abi, abi, tu iuvenis sponsa,
nam versaris in domo homicidarum.*«

Tum puella sponsa iit ex uno conclavi in aliud, et iit per totam domum, sed omnia erant vacua et ne ullus quidem homo potuit inveniri. Tandem vênit etiam in hypogeum, ubi sedebat anicula vetustissima capite vacillante.

»Nonne scis« puella inquit »num hîc habitet sponsus meus?« »Eheu te miseram puellam« anicula respondit »quem in locum incidisti! Es in receptaculo sicariorum! Tu putas te esse sponsam mox nuptias celebraturam, sed decretum est, ut nuptiae tuae fierent cum morte. Sponsus tuus tibi vitam vult auferre. Viden' me hîc habere magnum ahenum aquâ completum, quod foco mihi imponendum fuit. Si illi te ceperint, te dilaniabunt sine ullâ misericordiâ; te coquent et comedent, nam isti sunt anthropophagi. Nisi te, qua sum misericordiâ, servavero, peribis«.

Deinde necesse erat puellam se abdere post magnum dolium. »Tam quieta sis quam musculus, nullo modo secedas aut movearis, alioquin morieris. Nocte raptoribus dormientibus effugiamus, diu enim exspectavi occasionem, qua liberer ex illorum manibus violentis«. Vix puella se abdiderat, tum impia illa colluvies raptorum vênit domum. Qui aliam virginem secum traxerant. Inebriati cum essent, non audiebant illius clamores et gemitûs. Virgini dederunt vinum bibendum, tres hyalos vino completos, unum albo, alterum rubro, tertium flavo, quibus factum est, ut virginis cor diffringeretur. Deinde eius vestimenta decôra disciderunt, mensae eam imposuerunt, corpus eius pulchrum membratim cecîderunt salemque inspenserunt.

Misera sponsa post dolium latens tremebat et trepidabat, nam bene intellexerat raptores sibi eandem sortem destinavisse. Unus ex iis animadvertit digitum virginis interfectae minimum exornatum esse anulo aureo; cum idem raptor anulum detrahare non posset, securi apprehensâ digitum abscidit, sed digitus sursum proiectus cecidit in gremium ipsius sponsae. Raptor candelâ sumptâ anulum voluit quaerere, sed non invênit. Tum alter: »lamne« inquit »post illud magnum dolium quaesivisti?« - Tum anicula: »Vah« vocavit »venite et comedite et desinite quaerere usque cras: digitus non aufugiet«.

Tum raptores vocaverunt: »Vetula rectê sentit« et quaerere desierunt, consederunt cenaturi, et anicula eorum vino instillavit potulentum somniferum, ut mox in hypogeo cubitum irent, obdormiscerent, roncharentur. His auditis sponsa e latebris egressa non potuit, quin per raptores dormientes transcenderet humi prostratos itaque valdê timebat, ne quem e somno excitaret. At Deo adiuvante feliciter pervênit et anu comitante ascendit, ianuam aperuit, et ambae quam celerrimê ex isto receptaculo homicidarum aufugerunt. Cinis inspersus vento ablatus erat, sed pisa lentesque germinaverant et creverant, ut lunâ lucente via appareret. Per totam noctem ibant, usque dum mâne molinam advenirent. Tum puella patri omnia narravit, quomodo essent facta.

Cum dies veniret, qua nuptiae ut fierent constitutum erat, sponsus apparuit; molitor autem omnes cognatos et agnatos et familiares invitandos iusserat. Cum ad mensam assiderent, unusquisque iussus est aliquid narrare. Sponsa autem considebat quietâ nihilque loquebatur. Tum sponsus ad sponsam versus: »Heus, mi corculum, nihilne scis narrandum? Tu quoque narra aliquid!« Illa respondit: »Ergo narrabo de somnio. Me solam per silvam migrantem tandem venisse ad domum, ubi inesset ne ullus quidem homo, sed insedissem avem quandam caveae e pariete pendenti, quae vocaret:

*'Abi, abi, tu iuvenis sponsa,
nam versaris in domo homicidarum'.*

Et iterum haec vocavisse. Mi amate, haec tantummodo somniavi. Me per omnia conclavia iisse, et omnia vacua fuisse, eademque fuisse formidulosa; denique me descendisse in hypogaeum, ibidemque sedisse anum pervetustam, capite vacillante. Ex qua me quaesivisse: num in hac domo habitaret sponsus meus. Illam respondisse: 'Vae tibi miserae puellae, incidisti in receptaculum homicidarum. Sponsus tuus hic habitat, sed te vult dilaniare et necare, et deinde coquere et comedere.'

Haec, mi amate, tantummodo somniavi. Sed illam aniculam vetulam me occultavisse post magnum dolium, et vix me esse abditam, cum intrarent raptores secumque traherent virginem, cui darent tria genera vini bibenda, album et rubrum et flavum, quibus cor illius virginis diffringeretur. Mi amate, haec tantummodo somniavi. Deinde raptores virginis vestimenta decôrâ detraxisse, eius pulchrum corpus in mensâ membratim cecidisse, salem inspersisse. Mi amate, haec tantummodo somniavi. Et unum e raptoribus vidisse digito virginis adhuc adhaerere anulum aureum, et quia difficile esset eum detrahere, illum securi sumptâ digitum abscidisse, sed eum sursum proiectum post dolium

proiectum in gremium meum decidisse. Nunc ecce digitus anulo circumdatus«. His dictis sponsa anulum e sacculo protractum praesentibus monstravit.

Raptor autem, qui sponsâ narrante prorsus expalluerat, prosiluit evasurus, sed convivae eundem correptum tradiderunt iudicibus. Denique de eodem raptore deque eiusdem totâ catervâ propter scelera sumptum est supplicium.

**Hanc fabellam Grimmianam
excerpsit et in Latinum convertit**

**Nicolaus Groß
LEO LATINUS**



<http://www.leolatinus.com/>

VOCABULA HORTULANA

ex Orbe Picto pentaglotto excerpta et Latinê reddita

CORBEIL, Jean-Claude/ARCHAMBAULT, Ariane: PONS Bildwörterbuch Deutsch-Englisch-Französisch-Spanisch-Italienisch. Stuttgart etc. (Ernst Klett Sprachen) 2003.

In hęc Orbe Picto mirabili 35.000 (triginta quinque milia) notionum imaginibus sunt illustrata et quinque linguis Europaeis denominata: Theodiscâ et Anglicâ et Francogallicâ et Hispanicâ et Italicâ. Nos autem coepimus addere vocabula Latina, quorum hęc loco praebemus partem earum sextam, quae spectant ad res domesticas (VII. DOMESTICA). Provinciae rerum, quarum imagines et vocabula in Klettiani Orbis Picti paginis 920 (nongentis viginti) inveniuntur, sunt hae quae sequuntur:

I.ASTRONOMIA – II. TERRA – III.REGNUM PLANTARUM – IV.REGNUM ANIMALIUM – V.HOMO – VI.NUTRIMENTA ET INSTRUMENTA COQUINARIA – VII.DOMESTICA – VIII.AUTURGIA ET HORTICULTURA – IX.VESTIMENTA – X.INSTRUMENTA PERSONALIA – XI.ARS ET ARCHITECTURA – XII.COMMUNICATIO ET INSTRUMENTA GRAPHEICA – XIII.TRANSPORTUS ET VEHICULA – XIV.ENERGIA – XV.SCIENTIAE – XVI.ATHLETICA ET LUDICRA.

Babae, quanta copia! quanta ubertas! quanta multiplicitas! Qui Orbis Pictus etiam lexicographis Latinitatis recentioris est aurifodina et cornu copiae. Nam iidem vocabulis linguarum, praesertim Romanicarum, in eodem indicatis usi saepe perfacile inveniunt vocabulum Latinissimum. En cara Lectrix, care Lector, habeas partem hortulanam huius enchiridii singularis vocabulis Latinis ditificatam. Proximus locus erit de vestimentis. Faveas, quaeso, operi nostro laborioso.

Nicolaus Groß

LEO LATINUS

<http://www.leolatinus.com/>

Theodisce	Anglice	Francogallice	Hispanice	Italice	LATINE
GARTEN-ARBEIT	GARDEN-ING	JARDINAGE	JARDINERIA	GIARDIN-AGGIO	HORTICULTURA
Ziergarten	pleasure garden	jardin d'agrément	jardin	giardino	hortus amoenus
Zierbaum	ornamental tree	arbre d'ornement	árbol ornamental	albero ornamentale	arbor ōrnātīva [2.POMPEII COMMENT.266,21 K.]
Terrasse	patio	terrasse	patio	patio	xystus, -ī m. [CIC.Acad.2,9]
Kletterpflanze	climbing plant	plante grimpante	enredadera	pianta rampicante	planta scandēns [John Ray, Historia plantarum a.1704: passim, e.g. p.547: Apocynum Americanum scandens hirsutum, flore luteo]
Pergola	pergola	pergola	pérgola	pergola	pergula, -ae f. [COLUM.4,21,2]
Ampel	hanging basket	corbeille suspendue	maceta colgante	vaso sospeso	corbis suspensa
Blumenrabatte	clump of flowers	massif de fleurs	macizo de flores	macchia di fiori	*āns flōrum [1.*āns, antis f., cfr frōns, frontis; gēns, gentis; ēns, entis; cfr pl antēs, antium m. Ge. s.v. „die Reihen...der Blumen und Pflanzen, die Rabatten“, COLUM.10,376; cfr Walde-Hofmann, I,54, s.v. antēs: “Reihen (von Berittenen, Weinstöcken, Pflanzen), urspr. „Fronten“ (seit Cato)...cfr id. p.53, s.v. ante: „antēs, -ium (s.d.), das als t.t.milit. bzw. agr. Sekundär von ante nach frontēs, -ium gebildet scheint...“]
Hecke	hedge	haie	seto	siepe	saepēs vīva
Rasen	lawn	gazon	césped	prato	caespes, -itis m.
Stab	stake	tuteur	rodrigón	tutore	admīniculum, -ī n.
Kübel	tub	bac à plante	maceta	vaso	vās plantae
Pflasterstein	flagstone	dalle	baldosa	pietra da lastrico	lapis strātōrius
Spalierbogen	garden arch	arceau	enramada	spalliera ad arco	arcus hortēnsis
Gartenweg	path	allée	paseo	vialeto	via hortēnsis

Einfassung	edging	bordure d'allée	bordillo	bordura	crepīdō, -inis f.
Blumenbeet	flower bed	plate-bande	arriate	aiuola	ārea flōrum [1. CATO agr.151,3]
Steingarten	rock garden	rocaille	jardin de rocalla	giardino roccioso	hortulus saxōsus
Lattenzaun	paling fence	clôture en lattis	empalizada	palizzata	saepīmentum *asserculatum [1. VARRO rust.1,14,1; 2. cfr nomen zool. Aturus asserculatus]
Gartenteich	pond	bassin	estanque	laghetto	stāgnum hortēse
Strauch	bush	arbuste	arbusto	cespuglio	frutex, -icis m.
Spalier	fan trellis	treillis	encañado	spalliera	admīnicula, -ōrum n.pl.
Schuppen	shed	remise	cobertizo	rimessa	tugurium, -iī n.
Laterne	lantern	lanterne	farol	lampione	lanterna, -ae f.
verschiedene Geräte	miscellaneous equipment	équipement divers	equipamiento vario	attrezzatura varia	īnstrūmenta varia
Erdbohrer	motorized ground auger	tarière motorisée	taladro de motor	trivella a motore per terreno	terebra terrāria
Lenkholm	handle	mancheron	manillar	impugnatura	manubrium moderātōrium
Gaszug	control cable	câble de commande	cable de control	cavo di comando	capulum accelerātōrium
Bohrschnecke	auger bit	mèche de tarière	taladro	punta della trivella	cochlea *terebrālis
Starterzug	starting cable	câble du démarreur	cable de arranque	cavo di accensione	capulum accēnsivum
Motor	motor	moteur	motor	motore	*mōtrum, -ī n.
Kompostkiste	compost inn	bac à compost	cajon de abono compuesto	contenitore della composta	cista +compostī
Schubkarre	wheelbarrow	brouette	carretilla	carriola	pābō, -ōnis m.
Griff	handle	brancard	brazo	stanga	manubrium, -iī n.
Stütze	leg	pied	pata	piede	pēs, pedis m.
Rad	wheel	roue	rueda	ruota	rota, -ae f.
Werkzeuge zum Säen und Pflanzen	seeding and planting tools	outils pour semer et planter	herramientas para sembrar y plantar	attrezzi per seminare e piantare	īnstrūmenta serendī et plantandī
Säkel	seeder	semoir à main	sembradora de mano	seminatoio a mano	*sēmīnāculum, -ī n.
Pflanzholz	dibber	plantoir	plantador	piantatoio	*plantāculum, -ī n.

Pflanzloch- stecher	bulb dibber	plantoir à bulbes	plantador de bulbos	piantabulbi	*plantāculum bulbōrum
Dünger- streuer	spreader	épandeur	esparcidora de abono	spandiconcime	*laetāculum, -ī n. [cfr laeto, -are PALLAD. 1,6,13]
Pflanzschnur	garden line	cordeau	cuerda	filo da giardino	filum hortēnsium [2. PLIN.nat.21,86]
Baumstütze	stake	tuteur	rodrigón	tutore	admīniculum arboris
p.325 Handwerk- zeuge	hand tools	jeu de petits outils	juego de pequeñas herramientas	attrezzi per piccoli di giardinaggio	īnstrūmenta manuālia
Kralle	small hand cultivator	griffe à fleurs	cultivador de mano	sarchiello a mano	*sarcellum manuāle
Pflanzkelle	trowel	transplantoir	desplantador	traplantatoio	*trānsplantāculum, -ī n.
Unkraut- stecher	weeder	tire-racine	desyerbador	estirpatore	*exstirpāculum, -ī n.
Garten- handschuhe	gardening gloves	gants de jardinage	guantes de jardinería	guanti da giardinaggio	chīrothēcae hortēnsēs
Handgabel	hand fork	fourche à fleurs	horquilla de mano	piccola forca a mano	furca manuālis
Geräte zur Erdbewegung	tools for loosening the earth	outils pour remuer la terre	herramientas por remover la tierra	attrezzi per muovere la terra	īnstrūmenta terrae removendae
Grabschaufel	shovel	pelle	pala	badile	vatillum fossōrium
Spaten	spade	bêche	laya	vanga	pāla, -ae f.
Grabgabel	digging fork	fourche à bêcher	horca	forcone	furca fossōria
Kanten- stecher	lawn edger	coupe-bordures	cuchilla para delimitar el césped	tagliabordi	*marginisectrum, -ī n.
Hand- kultivator	weeding hoe	sarcloir	cultivador	coltivatore	sarculum manuāle
Kombihacke	hoe-fork	serfouette	azuela	zapetta tridente	sarculum *furcātum
Rübenhacke	draw hoe	binette	azada	sarchiello	sarculum +rāpārium
Ziehhacke	scuffle hoe	ratissoire	azada de doble filo	sarchio	sarculum tractōrium
Rechen	rake	râteau	rastrillo	rastrello	rāstrum, -ī n.
Krail	hook	croc à défricher	garabato	zappa a quattro denti	rāster quadridēns [CATO agr.10,3;11,4]

Rodehacke	hoe	houe	azadón	zappa	sarculum , -ī n.; marra , -ae f.
Kreuzhacke	pick	pioche	pico	piccone	dolabra , -ae f.
Gartenfräse	rotavator	motoculteur	motocultor	motocoltivatore	sarculum *mōtrāle
Kupplungs- hebel	clutch lever	levier d'embrayage	palanca del embrague	leva d'innesto della frizione	vectis cōpulātiōnis [He.336]
Lenkholm	handlebar	mancheron	manillar	manubrio	manubrium moderātōrium
vorwärts/ rückwärts	forward/ reverse	marche avant/ marche arrière	palanca de avance/ marcha atrás	innesto marcia avanti/ marcia indietro	porrō/ retrō
Rahmen	frame	châssis	chasis	telaio	margō , -inis m.
Zinken	tine	dent	púa de muelle	rebbio	dēns , dentis m.
Anlasser	starter	démarrreur manuel	arranque	motorino d'avviamento	*incitātrum , -ī n. [He. P.79 s.v. Anlasser]
Motor	motor	moteur	motor	motore	*mōtrum , -ī n. [He. P.381, s.v. Motor]
p.328 Gießgeräte	watering tools	outils pour arroser	herramientas para regar	attrezzi per annaffiare	īnstrūmenta *irrigātōria
Schlauch- wagen	hose trolley	dévidoir sur roues	carretilla para manguera	carrello avvolgitubo	carrulus utris
Trommel	reel	dévidoir	carrete	carrello	cylindrus , -ī m.
Garten- schlauch	garden hose	tuyau d'arrosage	manguera	tubo flessibile	uter hortēnsius
Kurbel	reel krank	manivelle	manivela del carrete	manovella	cūpa , -ae f. [CATO rust.12; 21]
Schlauch- düse	hose nozzle	lance d'arrosage	boquilla	lancia	*spargibulum utris
Schlauch- kupplung	hose connector	raccord de robinet	toma	attacco del tubo di alimentazione dell'acqua	cōnexiō utris
Regner- schlauch	sprinkler hose	tuyau perforé	manguera de riego	tubo per irrigazione	uter *irrigātōrius
Gießkanne	watering can	arrosoir	regadera	annaffiatoio	nassiterna , -ae f.
Griff	handle	anse	asa	manico	manubrium , -iī n.
Brause	rose	pomme	roseta	cipolla	*irrigāculum , -ī n.
Gartenspritze	pump sprayer	pulvérisateur	pulverizador	atomizzatore	sīphō hortēnsius
p.329 Gießpistole	pistol nozzle	pistolet d'arrosage	pistola pulverizadora	polverizzatore a pistola	*pistolium *irrigātōrium

Sprühflasche	sprayer	vaporisateur	pulverizador	spruzzatore	lagoena sparsōria
Gießbrause	spray nozzle	pistolet arrosoir	boquilla pulverizadora	nebulizzatore	*spargibulum, -ī n.
Viereckregner	oscillating sprinkler	arroiseur oscillant	irrigador oscilante	irrigatore oscillante	*irrigāculum ōscillāns
Kreisregner	revolving sprinkler	arroiseur rotatif	irrigador giratorio	irrigatore rotativo a pioggia	*irrigāculum rotābundum [2. CHALCID.Tim 40b]
Impulsregner	impulse sprinkler	arroiseur canon	irrigador de impulso	irrigatore a impulsi	*irrigāculum +impulsivum
Hammer	metal arm	balancier	brazo metálico	braccio metallico	bracchium metallicum
Düse	nozzle	buse	boquilla	ugello	*spargibulum, -ī n.
Stelling	adjusting ring	bague de réglage	disparador	anello di regolazione	ānulus rēgulātiōnis
Zerstäubers- stift	diffuser pin	brise-jet	perno difusor	vite rompigitto	stilus diffūsōrius
Strahlstörer	deflector	défecteur	deflector	deflettore	dēflexōrium, -iī n.
Schlauch- kupplung	hose connector	raccord de tuyau	boca para manguera	attacco del tubo di alimentazione dell'acqua	cōnexiō utris
Fuß	sled	traîneau	soporte	slitta	sclōdia, -ae f.
S.330 Schneid- werkzeuge	pruning and cutting tools	outils pour couper	herramientas para cortar	attrezzi per potare e tagliare	īnstrūmenta sectōria
Hecken- schere	garden shears	cisailles à haies	cizallas para setos	forbici tagliasiepi	forfex saepium
Axt	axe	hache	hacha	accetta	rāmus, -ī m.
Astschere	lopping shears	ébrancheur	podadera	cesoie	forfex rāmāria
Baumsäge	pruning saw	scie d'élagage	sierra de podar	sega da jardiniere	serra arborāria
Baumschere	secateurs	sécateur	tijeras de podar	cesoie da giardino	forfex arborāria
Veredelungs messer	grafting knife	greffoir	navaja de injertar	innestatoio	culter inoculandī
Sichel	sickle	faucille	hoz	falcetto	falx, falcis f.; sīcula, -ae f.
Baumhippe	pruning knife	serpette	podón	potatoio	culter putātōrius
Raupen- schere mit Teleskopstiel	tree pruner	échenilloir élagueur	podadera de árboles	svettatoio	forfex putātōria

Sense	scythe	faux	guadaña	falce	falcastrum, -ī n.
Hippe	billhook	serpe	navaja jardinera	roncola	novācula hortēnsia
p.331 elektrische Hecken-schere	hedge trimmer	taille-haies	cortasetos-eléctrico	tagliasiepi	forfex saepium *ēlectrica
Kabel	flex	cordon	cable	cordone	capulum, -ī n.
Druckschalter	trigger	gâchette	gatillo	grilletto	manucla, -ae f.
Elektromotor	electric motor	moteur électrique	motor eléctrico	motore elettrico	motrum ēlectricum
Handschutz	hand protector	bouclier	protector	scudo di protezione della mano	protectum manuale
Schnittfläche	blade	lame	cuchilla	lama	lāmina, -ae f.
Messer	tooth	dent	diente	dente	dēns, dentis m.
Kettensäge	chainsaw	tronçonneuse	sierra de cadena	motosega	serra catēnāta
Rasthebel	security trigger	gâchette de sécurité	gatillo de seguridad	grilletto di sicurezza	vectculus sēcūritātis
Griff	handle	poignée	mango	impugnatura	manubrium, -ī n.
Gashebel	throttle control	commande d'accélération	acelerador	grilletto di accelerazione	vectculus accelerātōrius
Kraftstofftank	fuel tank	réservoir d'essence	tanque del combustible	serbatoio del carburante	receptāculum benzīnī
Startergriff	starter handle	poignée du démarreur	palanca de arranque	manovella di avviamento	manubrium *incitātrī
Ölumpf	oil tank	réservoir d'huile	depósito de aceite	coppa dell'olio	receptāculum oleī
Motor-gehäuse	engine housing	boîtier du moteur	caja del motor	rivestimento del motore	capsa *mōtrālis
Sägekette	chainsaw chain	chaîne coupante	cadena	catena trinciante	catēna serrae
Hobelzahn	cutter link	maillon-gouge	eslabón de corte	maglia dentata	dēns incīsivus
Umlenkstern	bar nose	nez du guide	extremo del brazo	estremità della guida	extrēmītās bracchiī
Schwert	guide-bar	guide-chaîne	brazo de la sierra	guida della catena	bracchium serrae
Kettenbremse	chain brake	frein de chaîne	freno de la cadena	freno della catena	frēnum catēnae
Luftfilter	Air filter	filtre à air	filtro de aire	filtro dell'aria	cōlum āerium

schwingungs dämpfender Bügelgriff	anti-vibration handle	poignée anti- vibrations	barra antivibración	impugnatura cun sistema antivibrazione	manubrium *antivibrātōrium
Ausschalter	stop button	bouton d'arret	botón de apagado	pulsante di arresto	+bōtō +occlūsīvus
p.332 Rasenpflege	lawn care	soins de la pelouse	cuidado del césped	cura del prato	cūra caespitis
Rasentrimmer	trimmer	taille-bordures	podadora de bordes	tagliabordi	*marginisectrum, -ī n.
Kabel	flex	cordon	cable	cordone	capulum *ēlectricum
Elektromotor	electric motor	moteur electrique	motor eléctrico	motore elettrico	*mōtrum *ēlectricum
Nylonschnur	nylon line	fil de nylon	hilo de nailon	filo di nylon	filum *nylōnium [He.401]
Schutz- gehäuse	protective casing	carter de sécurité	cubierta de seguridad	calotta di sicurezza	capsa sēcūrītātis
Handrasen- mäher	hand mower	tondeuse mécanique	cortacésped	falciatrice a mano	*herbisectrum manuāle
Messer	blade	lame	cuchilla	lama	lāmina, -ae f.
Messerwalze	cutting cylinder	cyindre de coupe	cilindro de corte	cilindro di taglio	cylindrus sectōrius
Motorrasen- Mäher	power mower	tondeuse à moteur	cortacésped con motor	motofalciatrice	*herbisectrum *mōtrāle [1.He.p.444 s.v.Rasentmäher]
Sicherheits- griff	safety handle	poignée de sécurité	palanca de seguridad	impugnatura di sicurezza	manubrium sēcūrītātis
Griff	handle	guidon	barra	impugnatura	manubrium, -ī n.
Zünd- schlüssel	ignition key	cié de contact	encendido	chiave dell'accensione	clāvis *accēnsīva
Geschwindig- keitsregler	throttle	sélecteur de régime	control de velocidad	regolatore della velocità	*rēgulāmentum vēlōcītātum
Anlasser	starter	démarrreur manuel	motor de arranque	motorino d'avviamento	*incitātrum, -ī n.
Motor	motor	moteur	motor	motore	*mōtrum, -ī n.
Gaszug	throttle cable	câble d'accélération	cable del acelerador	cavo di accelerazione	capulum *accelerātōrium
Zündkerze	sparking plug	bougie	bujía	candela di accensione	candēla *accēnsīva
Gehäuse	casing	carter	caja	scocca	capsa, -ae f.
Schwaden- blech	deflector	défecteur	deflector	deflettore	*dēflexōrium, -ī n.
Einfüllstutzen	filler cap	bouchon de remplissage	boca del depósito	bocchetta del serbatoio	operculum, -ī n.

					receptāculī
Grasfang	grass box	bac de ramassage	recogedor	raccogliherba	*herbicipulum, -ī n.
p.333 Walze	roller	rouleau	rodillo	ruzzo	cylindrus, -ī m.
Vertikutierer	lawn aerator	aérateur à gazon	ventilador de césped	frangizolle	ventilābrum caespitis
Rasenbesen	lawn rake	balai à feuilles	rastrillo	rastrello scopa	scōpae caespitis
Aufsitzmäher	lawn tractor	tondeuse autoportée	tractor cortacésped	trattore tosaerba	*herbisectrum sessile
Sitz	seat	siège	asiento	sedile	sedīle, -is n.
Zünd-schlüssel	ignition key	cié de contact	llave de inyección	chiave dell'accensione	candēla *accēnsīva
Lenkrad	steering wheel	volant	volante	volante	rota moderātrīx
Mähwerk-aushebung	mower deck lift lever	levier de relevage du plateau de coupe	palanca de levantamiento del tablero de corte	leva di sollevamento della piastra di taglio	vectculus stegae sectōriae sublevandae
Motorhaube	bonnet	capot	capó	cofano	capsa *mōtrālis
Scheinwerfer	headlight	phare	faro	fanale	lūcerna, -ae f.
Vorderrad	front wheel	roue avant	rueda frontal	ruota anteriore	rota anterior
Schnitthöhen-Verstellung	gauge wheel	roue de jauge	rueda de calibrado	ruota di calibratura	rota aptandī
Mähwerk	mower deck	plateau de coupe	plataforma de corte	piastra di taglio	stega sectōria
Schwadenblech	deflector	défecteur	deflector	deflettore	dēflexōrium, -iī n.
Rückwärts-antrieb	reverse travel pedal	pédale de marche arrière	pedal de marcha adelante	pedale della retromarcia	pedāle retrocēdendī
Vorwärts-Antrieb	forward travel pedal	pédale de marche avant	pedal de marcha atrás	pedale della marcia avanti	pedāle procēdendī
Hinterrad	rear wheel	roue arrière	rueda trasera	ruota posteriore	rota posterior
Bremspedal	brake pedal	pédale de frein	pedal del freno	pedale del freno	pedāle frēnī
Fahrtregler	cruise control lever	régulateur de vitesse	regulador de velocidad	leva di regolazione della velocità	vectculus vēlōcītātis rēgulandae

**Haec vocabula hortulana
excerpsit et in Latinum convertit**

**Nicolaus Groß
LEO LATINUS**



<http://www.leolatinus.com/>

DE RAPTORE HOTZENLOTZIO

Fabula Casparuli

quam theodiscê narravit

Otfried Preußler

in Latinum convertit

Nikolaus Groß



Editio prima
in domo editoria, quae appellatur

LEO LATINUS

Hic liber habet 136 (centum triginta sex) paginas. Versioni fabulae completae adiunctum est glossarium abundantissimum, quod continet 24 (viginti quattuor) paginas. Liber constat 25 € (viginti quinque euronibus) et directê per epistulam electronicam mandari potest a domo editoriâ, quae appellatur **LEO LATINUS: SPQR@LEOLATINUS.COM**

De Raptore Hotzenplotzio

Hanc fabulam puerilem Theodiscê scripsit

Otfried Preußler

in Latinum convertit

Nikolaus Groß

„De Raptore Hotzenplotzio“ (titulus originalis: „*Der Räuber Hotzenplotz*“) est fabula puerilis Otfridi Preußler Germani auctoris. Haec fabula a. 1962 primum edita est.

Raptor Hotzenplotzius rapinationibus suis audacissimis territat homines totius regionis. Cum iste raptaverit etiam aviae machinulam cofeariam, Casparulus atque Iosephulus indignatissimi statuunt, ut raptorem capiant et tradant astyphylaci Dimpfelmosero. Infeliciter ipsi raptori Hotzenplotzio contingit, ut ambos capiat. Sed quia iidem integumenta capitum inter se permutaverunt, ipsi a raptore inter se confunduntur; ita fit, ut Hotzenplotzius malo mago Petrosilio Zwackelmanno sub nomine Iosephuli vendat Casparulum pro uno tantum sacco tabaci sternutatorii.

Casparulus, cum aliquanto post in castello magico forte fortunâ inveniatur fatam Amaryllidem, quae a mago in bombinam mutata est, non cessat illam adiuvere...

Haec fabula laureata, quae iocorum tam plena est tantamque habet expectationem, ut animi puellarum puerorumque audientium legentiumve vehementer soleant inflammari, usque nunc in triginta quattuor (34) linguas translata erat. Ergo haec versio Latina, quam manibus tenes, cara Lectrix, care Lector, est translatio Hotzenplotzii tricesima quinta eademque Latina. Si Tibi placuerit, commendamus Tibi alias versiones Latinas fabularum modernarum, quae in domo Leonis Latini editae sunt, e.g. “Recitatorem” Bernhardi Schlink (orig. “*Der Vorleser*”) necnon “Fragrantiam” Patricii Süskind (orig. “*Das Parfum*”) fabulas theodiscas veste Latinâ indutas.

Ergo visas, quaesumus, domûs Leonis Latini editoriae situm interretialem:
www.leolatinus.com



Otfried Preußler, *Der Räuber Hotzenplotz*
© 1962 by Thienemann Verlag (Thienemann Verlag GmbH)
Stuttgart/Wien, www.thienemann.de

Editio Latina:
Copyright © 2013 by LEO LATINUS
spqr@leolatinus.com
ISBN 978-3-938905-33-3



Recitator

Fabula romanica
quam theodiscè scripsit
Bernhard Schlink

in Latinum convertit
Nikolaus Groß



Editio prima
in domo editoriâ, quae appellatur
LEO LATINUS

Senden in oppido Bavariae Suebicae
a. 2012

Hic liber habet 291 (ducentas nonaginta unam) paginas. Versioni fabulae completae adiunctum est glossarium abundantissimum, quod continet 91 (nonaginta unam) paginas. Liber constat 45 € (quadraginta quinque euronibus) et directè per epistulam electronicam mandari potest a domo editoriâ, quae appellatur LEO LATINUS: SPQR@LEOLATINUS.COM Libri numerus internationalis est ISBN 978-3-938905-32-6. TOLLE LEGE !

**HANC EPISTULAM LEONINAM
SEXAGESIMAM TERTIAM**

EL 63

SENDEN IN OPPIDULO BAVARIAE SUEBICAE COMPOSUIT

d. Solis, 03.m.Nov. a.2013

Nicolaus Groß

LEO LATINUS



<http://www.leolatinus.com/>